

August Varenius

**Chaggaeus Messiae, Glorie templi secundi, Propheta Magnificus Et Status Reip.
pacis tempore firmandi consultor divinißimus analytice & elenchtice contra
Rabbibinos, maxime Don-Izchak Abarbinelem expositus**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772392498>

Druck Freier  Zugang



R. u. Med 1650

Varenius, August

Thagg. I





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn772392498/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772392498/phys_0002)

DFG

CHAGGÆUS

Mesfiæ, GLORIÆ templi

secundi, Propheta Ma-
gnificus

Et

Status Reip. pacis tempore firmândi consultor
divinisimus

analyticè & elenchticè contra Rabbi-
binos, maximè Don-Izehak Abarbinelem
expositus.

Accessit de Sceptro Iudaorum Disquisitio Academica
professio ad Sororium
Cimbrorum Ducem

Ab

AUGUSTO VARENIO,

SS, THEOL, D, Hebraicorum in Univ, Rost,
Prof. publ,

•S(O)S•



ROSTOCHII;

Typis NICOLAI KILII, Acad, Typogr.


Anno M. DC. L.

D 32 -

Serenissimo ac Celsissimo Principi
ac Domino
DN. FRIDERICO
Hæredi Norwegiæ
D U C I
Sleswici, Holsat. Stormar. Dithmars.
Comiti
in
Oldenburg & Delmenhorst
Principi

Sapientissimo, & orthodoxa pietate literarum
ac literarorum amore celebratissimo

DOMINO MEO CLEMEN-
TISIMO.





Serenissime ac Celsissime Princeps ac Domine, Domine clementissime,

Nter nobilissima & sanctissima Excellen-
tium ingeniorum gymnasia in Pandectis sacrosan-
ctis eminet facilè illa de Templo secundo LXX. hebdom.
Danieli principio, & Iudaorum sceptro materia, ejus-
demq; הַתְּגִבֵּלָה. determinatione chronologico-his-
toricâ. Ut verbo saltē priores cōtroversias tangam,
Petavius Jesuita, celebratissimum in Chaggæo & Estrâ characterem, Au-
ni secundi Darij ponit in Period. Jul. 4194, Lutherus 4222. Scalig. 4290.
sic L XX, hebdomadum Danielis principium Lutherus & Scaliger refe-
runt in secundum illum quem diximus Darij annum; at Petavius in 4259.
sic Lutherus à Cyro ad annum 2. Darij illius ponit annos 46. Petavius
18. Scaliger 107, annos; sic terminus ad quem LXX. hebdom. Danieli, à
Scaligero ponitur βδέλυγμα ἐρημώσεως quando ■ עַל כָּנֶת שְׁקֹדֶשׁ ■
■ מִשְׁרָמָן ■ s. prefettus alii abominabilibus desoleto Titus Vespasianus
fecit קָרְבָּן עִיר וּקוֹרֵש בְּשֵׁטָה atq; adeò period. Jul. 4783. Petavius 4748.
Lys herg quidem ponit annum 4752 ex illâ hypothesi quod annus passio-
nis sit in Sabbato LXX. primus; at ex hypothesi Darij Hystaspidis cuius
anno 2. ponit terminum A quo LXX. hebd. Daniel. esset Annus 4684.
Equidem quid errantis sententia πτῶτην ψεῦδος fuerit, quis concilian-
di modus esse possit, non obscurum esse potest. Supponit Petavius,
Darium illum, cuius anno secundo abruptis, quæ hactenus desperatum
opus fecerant, obstaculis felicitè suscepit et Templo secundi instaura-
tio, fuisse Hystaspidem: illum autem, sub quo exiit
אָבָר לְחַשּׁוֹב וּלְבִנּוֹת עַד מִשְׁיחָה נָגָר
רְרוֹשָׁלָם עַד quod LXX. Septiman. Danieli statuitur
initium, fuisse Artaxerxem Longianum adeoq; distinctum statuit termi-
num A quo partim metu nimia et atq; Scrubabelis: partim ex necessitate
includendæ passionis Messie in LXX. hebdomadibus Danielis. Lutherus
autem hactenus quidem rectè, quod annum secundum Darij ab Estrâ &
Chaggæo signanter expressum & primum in LXX. Schmitoth Danielis

pro uno habeat: at quod distinctissimos successionē & tempore Persarum Monarchs Dariū Hystaspidem & Longimanū confundat (ita, enim habet: Man soll anfangen vom 2 Jahr des Königes Darij der Langehandt hieß) quod utrobiq; terminum A quo in 2. Anno Darij (qui non aliis Luthero quam Hystaspis Filius esse potest) ponat, atq; per accuratam subductionem juxta illam hypothesis illud רכרת פירש ex LXX. hebd. Danielis excludat (quod tamen includendum ipsius recte judicat) quod inter 1. annum Cyri Monarchicē imperantis & secundum Darij Hystaspidis 46. annos ponat, ut ἵστε εκὸν ἀμάρτημα nobis improbarunt quod si autem Artaxerxem Longimanū intelligat, nec nomen nec annū Darii secundus nec 46. anni, quos à Cyro numeravit ad hunc Longimanū, historiæ convenient, probabilitatem sententia erit, atq; adeo in Petavianam resolvetur quā Annū 20. Artaxerxis 4259. in per. Jul. numerat, quā ratione si addantur LXX. annorum Sabbathi Danielis, ultimus annus tūm juxta Lutherum, tūm juxta Petavium in 4748. Per. Jul. incidit. At juxta Scaligerum in annum 4783. Et sic evidens est conciliatio: Annus secundus Darij Nothi Scaligero est in celeberrimā period. Jul. 4290-Petavio 4292. Scaliger annum 4290. pro primo & Templi secundi & LXX. hebd. Danielis 490. annorum ponit: Petavius jam 33. annos ante secundum Darij Nothi vel 31. ante 4290. Scaligeri supponit. Scaliger ex hypothesis singularis חצ'י רשבוי Dan. 9 v. ult. addit ad 490. annos qui sunt LXX. septim. Danielis 3¹₂ annos: quos excludit Petavius, idq; non male: his autem abstractis Scaligeri terminus ad quem LXX. hebd. erit 4780. Per. Jul. Petavio 4749. quibus si addas 31. annos quibus in termino A quo ex supposito Hystaspidis anticipabat Petavius, utrobiq; Terminus ad quem erit Per. Jul. 4780. annus. Dubium autem nullum est, quin cum διαδοχὴ Monarcharum Persiæ Biblicā in libris Esra & Danielis expressā accurate conveniat Scaligeriana & longissimè abeat Petaviana, in sui metu ordinem Spiritus S: historicum in successione Persiæ Monarcharum turbando, illam peculiarem purpurę Darij Nothi & Artaxerxi Mnemonis (quorum pro exemplificanda domo Domini diplomata majestatis pariter ac pietatis plenis sima Babylonico sermone apud Esram expressa peculiaris recordatione ad omnium Regum & Principum exempla dignatus est Spiritus S.) versusationem Hystaspidi & Artaxerxi Longimano, impiis Regibus & per contrav.

contraria rescripta opus domini interturbantibus vendicando, &
sanctos Heroas illâ debitâ præcleris in Ecclesiâ meritis, memoria spo-
lliando, impios econtra Reges Ecclesia hostes alienis meritis elevando
vid. Dan. 11. 2. Efr. 4. 5. 6. 7. 23. 24. c. 5. 1. 2. &c. c. 6. max. v. 7. 8. 9. 10. 11.
14. 15. c. 7. 11. 20. 21. &c. ad f. usq; sed satis pro instituti ratione de Anno
Darij secundo, & templi secundi felicitè instaurati primo. Judæorum
enim in Chronologîa historicâ templi II. & Imperij Persici crassam igno-
rantiam examine judicamus indignam, quale est illud θρησκευματικόν quo
subtraxis de 490. annis hebdom. Danielis, annis LXX, durationem tem-
pli secundi statuunt 420. annorum, contra evidentiam chronologiarum,
quæ à sexto anno Darij, quo templum secundum stetit תְּמִלֵּחַ נֶגֶל
ad πεντάτελον supremam 486. annos numerat conf. charact. Efr. 6.
15. Liceat mihi Serenissime Princeps, de sceptro Judæorum, argumento
non minus illustri, & augustæ Regum principiisq; purpura conveni-
enti, prolixius apud te præfari, cumq; in illo inter se digradientur Illu-
stres Annalium scriptores Cardinalis Baronius, & Jesuita Petavius, à quo
rum partibus totius ferme antiquitatis & universitatis stat consensus, il-
lorum sententias, tuâ venia altius repetitâ historiâ, examinare. Fuisse
Judam, Jacobi ex Leâ filium, quarto loco genitum constat ex Genes. 29.
v. ult. at cunctem per translationem poterioris primogeniturae princi-
palitatem ejusdemq; successoræ, s. politicæ dignitatis, quam מֶלֶכְתַּיִם
Chaldaeus dicit, iutibus & excellentiâ primogeniti donatum fuisse con-
stat ex Rubenis degradatione Gen. 49. v. 4. ex solemnî Iude in illam di-
gnitatem Inauguratione v. 8 ex publicâ Spiritus S. contestatione 1. Chr.
c. 5. 2. Stat ergo ad lectum Patris Iuda terno coronandus sceptro, (su-
mumq; vocem in illâ latitudine, quâ LXX.) uno tribulù dignitatù: se-
cundo eminenzù primogeniti politicæ potestatù, qua illum cœteri fra-
tres, eorumq; filij totâ corporis prostratione veneraturi erant, (atq; ad
hunc gradum eminentis dignitatis primogeniturae respiciunt magnifica
verborum, ipsiusq; pronunciationis pondera in v. 8. quem pulcher-
rimè Magnus Lutherus reddidit: Iude, Du bist / dich werden deine
Brüder loben / deine Hand wird deinen Feinden auf dem Halse seyn/
für dir werden deines Vaters Kinder sich neigen/ quæ posterior formu-
la erat Jacobo περιπέτερον, & in collationibus iutium primoge-
nitæ, solemnis vid. Gen. 27. 28. 29.) tertio regia majestatù, ad quod

sceptrum gradibus opus erat, opus animo & pectore Leonino, estq; illud
ipsū quod formaliter & primariō, non excluso tribuli sceptro, intendit &
ante Schiloh. non recessum dicit Patriarcha Θεόπευστος, ante quod
non nisi sub Davide restauratum, tribus Iuda per 410. annos sub Moſe,
judicibus, ipsoq; Saul habuit superioritatem præ reliquis tribubus & uti
virtutis bellicæ: ita dignitatis politicæ aliquam excellentiam in castris
ambulatoriis, in expeditionibus bellicis, in tribuum comitiis: scilicet in
expeditionibus & ordinationibus castrensis, ad primum buccinæ sa-
cerdotalis ἡρωρού movebantur, & tria reliqua Israelis castra antecede-
bant cum suo vexillifero castra IUDA eademq; in stationibus specta-
bant Solem orientem vid. Lex de castris Israel. & buccin. Num. cap 2.
item c. 10. sic sublato ex mortali bus JOSUA responsum consu-
lentibus Israelitis redditur: IUDA primas ascendet (contra Cananæos
&c. Jud. 1. 1. qui etiam ab invictissimâ & robustissimâ haec tenuis gente
Cananza victoria tropæa retulit, & 70. Regum Regem Adonib-
sek triumphatum, digno tyrannide suppicio affecit. Atq; ita sub Aristoteli-
cratiâ Reip. Israelis ordinariâ, principalitatem obtinuit tribus IUDA &
tum hostibus terribilis, quam fratribus s. reliquis tribibus venerabilis
fuit, adiunctum pletumq; id quod Jacobus prædixerat: Deine Hand wird deinen
Feinden auf dem Halse seyn: Für dir werden deines Vaters Kinde
der sich neigen. Sed per hæc fortitudinis bellicæ instrumenta ad eminenti-
tiorem gloriam potentiam & tertij sceptri majestatici exercitium sub Da-
vide sanctissimo & bellicosissimo Rege, Syrorum, Idumæorum, aliorumq;
barbarorum Domatore inclito ascendit IUDA suamq; tribum fecit
βασιλικην, eratq; hic quasi consumata tribus IUDA adolescentia & flo-
rida juventus per annos 40. ad quod grande decus IUDA ejusq; gradus
respxit Jacobus in v. 9. Cætulus Leonis est IUDA: à rapina mi filij, ascen-
des vel uti Lotherus noster: Iuda ist ein junger Löwe/ du bist hoch kommen
mein Sohn/ durch grosse Sieg. Quam gloriolum sceptri adolescenti-
am excepit et as virili & robusta maturitas sub Regum miraculo Salomo-
ne & Rebabeamo per 57. annos, in quibus non jam amplius ἡρω-
ρα: sed animosus consumatis: roboris Leo fuit qui aliis bestiis per
multa virtutis & ferociae documenta terribilis & satur prædæ, securus,
laetusq; laborum in terra procumbit, nec lacecentem metuit: atq; ad
hanc ἀκμην IUDA respexit sanctissimus Vates in verbis quoæ proximè
sequuntur:

לְפָעַד בֵּץ כָּרִיזוֹן וּכְלַבְיא מַי וּקְרִיטָנוֹ i. e. incurva-
vit se, procubuit instar leonū adulti & Veterani, qui extitabit eum & quis
eminētia & onus sceptri in Israēl magnificētia licet per Apostasiam
X. tribuum, quarum regnum à conditōre Jeroboam̄ restauratum per
254. annos ad Hoseam usq; inter varia fortunā & miseriā spectacula
steterat, debilitata fuerit, in ipsā tamen tribu Juda, Beniaminis conjunc-
tione firmata, ipsaq; Davidis posteritate rursus eminuit & Schebet &
Mehokek, & per 20. Regum & 370 & ultra atq; adeò à Davide per 470.
annorum successionem variā majestatiē apparentiā eminuit: neq; enim
post Apostasiam X. tribum sceptri Juda sublimem majestatem desuisse,
vel ipsam Regum IUDA potestatem planè fractam esse, docent vel solae
expeditiones bellicæ, docent unus Asa Rex Juda qui Zaram Äthiopum
Tyrannum cum decies centenī milibus militum ac 300. falcatis curri-
bus irrumptentem internectione delevit, qui sert per quinquies & octua-
ginta centena milia fortissimorum militum in armis habuit: docet
Ibosaphat, Rex pietate, legibus triumphis & opibus illustris, qui solà reli-
gionis curā multas gentes sibi tributarias fecit, qui pro solà guardiā re-
gni præsidiorum, undecies centena sexagenam illia aluit, quod pro an-
gustiis illius regni, nisi in annalibus (2. Par. 14. & 17,) esset, fabula fo-
ret. Meretur historiæ dignitas, ejusdemq; & chronologiæ circa posteros
Josiae multiplex difficultas peculiarem status Iudaici post Josiam recor-
dationem, & quorundam quæ inexplicabilia nonnemini videri pote-
tant conciliationem. Josiae ergo sanctissimi Regis quatuor recensem-
tur liberi Jochanan, Ihoiakim, Sedeckias & Sellum ex quibus post Patrem
regnavisse Sellum, testis est Jeremias c. 22. 12. qui proinde est ipse Joa-
chbas qui Josiae successisse, & post semestre regimen à Necho Tyranno
Ägyptiaco solo ejectus in Ägyptum abductus, constituto ab Ägyptio
successore JHOIAKIM vel ELIAKIM, refertur. Sublato ergo
Joaachaso, qui contra successionis & generationis ordinem majoribns
natu fratribus populati, uti coniçere licet, factione antepositus erat,
surrogatus Ihoiakim anno Per. Jul. juxta Petav. 4104. Hujus Ihoiakinis
anno tertio vel ineunte 4. Babyloniae Rex Nebucadnezar Nechonem Ä-
gypti Regem universæ tum Syriæ Dominum ingenti prælio superavit,
eoq; profligato, totam Syriam Pelusium usq; subegit. Scilicet Nabopol-
asar auditâ rebellione Ägypti misit eò filium cum regio imperio &
exercitu, à quo tempore confurgit initium Nebucadnezaris cum Pâtre
regnans.

regnantis, unde conciliantur anni Nebucadnezaris, quos alij 30. alij 43. ponunt: scilicet 13. regnant cum Patre, solus 30. cui convenit observatio, quod annus capti Jechonie fuerit 26tus *int hyronismi Nabopolassar*: mortuus autem est *Nabopolassar* anno quinto deportati Jechonia: jam, quin annus capti Jechonie fuerit undecimus Ihoiakimi, & octavus Nebucadnezaris, per expressos text. 2. Reg. 24. 12. Jer. 52. 28. dubium esse non potest, atq; adeo infallibilitate concluditur annus mortis *Nabopolassar*, ejusdemq; regni 30. fuit regni *Nebucadnezari* 13. primus autem annus Nebucadnez, purè Monarchicus fuit regni decimus quartus. Illo e. anno regni Nebucadn. primo, Ihoiak. autem 4to (ita expressè definit Spiritus S. Jer. 25. 1.) devictus Necho, subjecta Babyloniam *Egyptus*, Iudea barbaro hostiliq; turmarum Babyloniarum transitu fecit vastata, & ab *Egyptio*, ad quem velut ratelarem Deut., regni, ac maximè Regis Ihoiakimi, beneficium agnoscens, erat pertinax respectus, deserta, quod juveni Imperatori Nebucadnezari in præsens supplicij satis videbatur: neq; alia hactenus *inclinatio sceptri* fuit: qui enim ante hanc expeditionem Ihoiakimum à Nebucadnezare in Babel abductum inde iterum dimissum statuunt, quæ Pererij est sententia, male ex c. 2. Dan. & 2. Chron. 36. 6. probata, atq; adeo ibi jam ponunt abductionem Danielis, in irremeabilem Labyrinthum per expressos Script. textus se coniiciunt. At cum res novas moliretur *Egyptius*, nec fœdus sociale bellicum in Babylonium recusat Ihoiakim Rex amicus, in utrumq; missus Nebucadnezar, anno sui cum Patre regni, quarto: Ihoiakimi 7mo elapso & ineunte octavo (vid. Jer. 46. 2. 3. 2. Reg 27. 7.) hunc ad tributa compulit, & regnum JUDA velut *feudum ligium* Monarchie Babylonicae subjecit: Inde ergo Babylonio tributarius Ihoiakim יְהוּיָה שֶׁמֶן וְלֹא עַבְדָשׁ uti expressè Spiritus S. Erward ihm unter thänig drey Jahr. 2. Reg. 24. 2. sc. tertio anno, vel suâ sponte, vel *Egyptij* solicitatione rebellis factus ultimò in se armavit Nebucadnezarem, qui proinde anno sui regni labente, 8. ineunte, Ihoiakimi autem II. (confer 2. Reg. 24. 12. Jer. 52. 28.) ineunte, hunc, eodemq; anno Jechoniam post trimestre & decendij regnum sponte se dedentem 2. Chr. 36. 9. in Babylonem abduxit & LXX. annor. captivitatis initium fecit surrogato Zedekia, cuius anno 6to, moriente *Nabopolassare* jam ὥτες Monarcha Nebucadnezar in eundem rebellem & decennij Regem mo-

vit,

mirabilis spectaculo II. in eunte abduxit, qui casus Sedekiae conti-
anno 19. regnantis, & anno 6. Monarchicè imperantis Nebucadne-
zaris, quà ratione consolat suppationi nostræ 2. Reg. 25. 7. 8. 9. Sed &
Chronologia sacra, in quà circa hos posteros miserè à Petavio Pere-
tio & plurimis erratum fuisse & manifestas contradictiones, nodosq;
inexplicabiles introductos animadvertisimus: quibus hoc unum saltem
argumentum opponimus: *ultimus Jebojak*. annus fuit à feudo Babylonico
certius: *ultimus Jobujak*: annus fuit à primo regno II. E. annus à primo
regno II. est tertium (à feudo sc. Babylonico, unde etiam sumit Daniel
c. I. I.) nec quicquam locus Daniel. c. 2. 1. si annum secundum Nebu-
cadnez. vel à casu Ihoiakimi, vel à casu Sedechiae, vel à principio Monar-
chicè post mortem Patris, imperantis Nebucadnezaris arcessas, evidentè
conciliacioni obstare poterit. Sed in intricatissimâ controversiâ hæc ad
usq; celebratissimas deportati Jechonias, qui fuit 3349. & casus Sedekiae,
qui fuit 3360. anno, epochas dicta sumto. Magna quidem, fate-
mur, sceptri Iudaici perturbatio & quædam quasi metamorphosis:
neq; tamen haecenous recessit Schebet de Iuda, imò nec recede-
re potuit, licet ingentibus bellorum tumultibus roties afflictum fuerit.
Immanuele pro domo Davidicâ, ex quâ in plenitudine temporis nasci de-
bebat, vigilante, ipsoq; Deo nascendum ex virginе Emmanuel, fun-
damentum non eradicandi stemmatū Davidici & sceptri Iudaici ponen-
te Eliaze c. 7. & 2. Chr. 21. 7. Licet autem animadvertere, post subactum
Samariae regnum, superavisse in ipsâ Israelis terrâ ex deportatis tribubus
satis multos, nec nomen & rationem tribulem την Διδεκαφύλων
planè desisse, quod ex Chukie legatione & reliquiarum Israels lev-
20. tribuum ad solemnia Paschalia invitatione, confer 2. Chr. 30. 6. 10.
II. & 18. c. 31. i. liquidò constat. Regnum e. Ephraim desit: Judæa sce-
rum totaliter ante ἀγαπλὴν ἐξ ψυχους nec recedere potuit, nec
in ipsâ captivitate Babylonica planè ab hac tribu recessit, Deo quippe
per Prophetas illam migrationem ex jure summi Imperij Monarchici,
quod in Nebucadnezare oecumenicum in homines pariter ac bestias im-
perabat Jerem. 27. s. 6. 7. 8. imperante, ipsis Judæis jam ante illam
metropoliæ Babylonis, redditum, specificato quoq; temporis charakte-
re, prædicente, & post 70. annos, in quibus non obscura aliquando sub
Iacoboniam, Pedaiab, Scheatiæ habuit spectacula, sceptrum & Mehokek

in ipsâ JUDAÆ A per manus Biostum omnium Regum & Du-
lis Scrubabelem ad Invidiam Samaritanorum rediſtaurante, quâ
Scrubabelem 10. ordine excepereunt Dominatores, Ducali titulo, at Re-
giâ potestate imperantes, sub Monarchiâ maxime secundâ, cuius Imp.
Darium Notum Artaxerxem Mnemonem & successores facilissimos & mi-
nificentissimos experti sunt Judæi reduces & sceptro & templo jam in-
signes. Atq; in hâc successione Scrubabelis posterotorum quos omnes ex
tribu Juda & domo Davidicâ fuisse indubitatum est, stetit Schebet
per 4. secula, longeq; ultra pugnatâ ēv Γανγαρηλοις à quâ
gestâ anno Nabonass. 417. 6. Non. octobr. incipit τὸ κερατοφόρου
imperium Asiaticum, adusq; Hessamonorum stirpem, ubi etatam, quæ
post βασιλικὴν fuit ιχυμονικὴ excepit Σεχεσπηλή, quæ à JUDA
primo stirpis Hessmonas Pontifice cœpit anno V. c. 591. Mundi 3820. desit
A. M. 3946. anno V. c. 717. doravit 126. annos, in quibus ut plurimum
sceptri & sacerdotij, nō tamen sine ejus insigni inclinatione, fuit conjugia-
um. At hîc jam funus sceptri Judaici frequentibus Libitoariis patatur.
Assamonaos igitur illos, penes quos fuit summarefum adusq; Herodem
ex genere sacerdotali & tribu Levi fuisse, dubium est nullum: nec sermè
contradicere possumus opinioni vulgari Lyrani, Burgenis, Abulensis, il-
los litito fædere nuptiarum conjunctos fuisse tribui JUDA, ipsiusq; Davidis
familie, & ita quodammodo materno genere tribum Iuda contigisse: nullo
enim alio jure tribui, Leviticæ licitum fuisse ut unâ cum sacerdotio absq;
Tyrannidis labe regnum sibi vendicare: interim maternum genus apud
Iudeos tantum fuisse, ut ex eo tantum censeretur, iujusbit vel ille sit tribu,
nondum videmus, testeq; contra Baroniū infert Petavius: si materna
stirps sufficit ad demonstrandam tribum Iuda, regnumq; illi tribui alli-
gatum E. jam qui maternam ex stirpe Leviticâ accepit originem, ad tri-
bum quoq; Levi pertinebit: sibiq; Leviticæ & sacerdotales functiones
vendicare poterit, & sic ipsa Maria ex tribu Levi: Christi autem sacerdos
secundum ordinem Aaroni effecit: ταῦδη λοι δὲ ὅπι εἰς Ιέδα ανατέλλουν
οὐκέτι οἵμῶν εἰς ἦν Φυλὴν οὐδὲν ταῦτι δερωσόντες Μωυσῆς ἐλαλοῦσε,
καὶ αὐτὸς οὐδὲν ταῦτα γηγένεται τῷ Συναγερμῷ ad Hebr. c. 7. 13. ita-
ergo hic procedimus, ut nec cum Baronio, nec cum Petavio per omnia
sentire possimus. Concedimus Hessmonaos tribu Levitas, & ejus jure
Pontifices summos: jure a. materni generis, quo tribum JUDA contige-
runt,

familia Davidicā fermē in trunko ac ramis arescente (ex quo
vix surculus & verum genitrix juxta Propheterum vati-
cina debebat) Tyrannorū autem barbare in funus Politia & Ecclesia Ju-
daicæ conspirante, ad sceptrum vendicandum, proximos fuisse (nec
hactenus probamus Petavium à casu Zedekiae ad Christum annos 588.
ponentem, in quibus ex aliâ quam JUDÆ tribu Dominatores exte-
riri negamus; illos Hasmonæos propter materni generis originem
propriæ tribui JUDA accenseri posse vel debere; Interim conjunctio il-
la de respectu ad tribum JUDA sufficit ad asserendum; Schebet JU-
DÆORUM non planè etiam quæ personas Dominantium excessisse tri-
bum JUDA atq; in tantum facimus cum Baranio; discedimus à Petavio;
accedit quod illi Principatus non tam attripuerint, quam ex S. Cto. Ju-
daico s. tribus Iuda acceperint. Licet autem ambitione Principum ac
civilibus discordiis sub Hassamoneis post quatuor sanctos Achilles JU-
DAM MACCABÆUM, JONATHANEM, SIMONEM ejusq; filium,
I. Hiricanum, status Reipubl vehementer turbaretur, eminuit tamen, &c
in ipsâ senectute reviruit sceptrum Iudaorum, quin ad majestatem titu-
lumq; Regis occasione tot tropæorum Hiricanî per Asiam reditum est
in Aristobulo I. Anno mundi 3845. V. C. 650. ol. 168. qui magis eminuit
in Alexandro Janneo Hiricanî Bellicosâ Filio, Aristobuli fratre, regni &
sacerdotij hærede, fortunatissimo Rege, qui post 26. annos regni s. 676.
V. C. mortuus, duos ex Alexandri Salome reliquit filios, Hiricanum pa-
cis & otij: Aristobulum dominationis avidissimum, & ingenio fero-
cissimum qui matrem ex Testamento Alexandri per 9. annos feliciter
regnantem & paulò post anno 3. ol. 177. diem obeuntem regno: fratrem
Hiricanum summo sacerdotio deturbavit: rursus pace factâ, Hiricanus
sacerdotium: sibi regnum vindicavit, adeoq; successit Aristobulus
II. à quibus pactis cum Hiricanum sequestrasset Antipater Idumæus, no-
varumq; rerum appetens homo, claram ejus hortatu ad Aretam Arabiæ
Regem, confugit Hiricanus, ejusdemq; pro vindicandis regni ex primo
geniturâ sibi debiti juribus auxiliares copias & solicitavit & impetravit;
dgladiantibus ergo inter se duobus Fratribus, arbitri suo more facil
Romani litem diremerunt. Pompeius ergo Olymp. 179. Coss. Cicerone
& Antonio, Anno V. C. 691. Hierosolyma cepit: quæ mutatio cardo
est Historiæ, novaq; inelinitio sceptri Iudaici. A magno igitur Pompeio
Hiricanus in sacerdotium, quo jam ante per 12. atq; iterum per 74.
annos

annos functus erat, vendicatus: Aristobulus II. cum duobus filiis.
perato Hierosolymis tributo, datoq; provinciae praefide, abductus, &
le quidem à I. Cæs. veneno est sublatus: filiorum autem uterq; custo-
dia elapsus, & Alexander quidem post ejectum denuò à sacerdotio Hir-
canum: Sed à Gabinius restitutum, à Scipione jussu M. Pompeij secu-
ri est percussus: Antigonus autem cum iterum miserabilem Hircanum
summo sacerdotio dejecisset, & auribus mutilatum patrum Parthis,
quos 1000. talentorum pactione in Judæam attraxerat abducendum
deditset, sibiq; Regnum ad majorem ignoniniam vendicasset, jussu An-
tonij cruci alligatus, fustibus cæsus, inde securi est percussus: qui juxta
Baronium fuerit ultimus Regum Judæatq; hic iterum nova sceptri inclina-
tio, ejusdemq; de familiâ tribus Juda in alienam translatio. Successit
enim Herodes Idumeus Olymp. i. B. 184. qui ex Galilæa & τῆς κοιλανὸς
Συρίας procuratore anno Jul. 6. Judææ Rex à Senatu Rom. factus post
bienniū bellum cum Antigono Hierosolyma cepit Anno Jul. 9. Ol-
185. A. M. i. P. 3947. & inde regio titulo Judæam per 34. annos admini-
stravit, crudelissimus, Maritus, Pater, Rex, parricida infantiumq; carni-
fex: quo mortuo sceptrum JUD A sed Tetrarchæ titulo obtinuit Arche-
laus per 9. annos: quo relegato successerunt procuratores cæsarisi, Ju-
dæaq; Syriae est adjuncta, in quam post Archelaum primi sunt ingressi
Quirinus & Coponius: unde est quod tempore passionis Christi suum Ju-
daa procuratorem habuerit, non item Galilæa, qua Herodi ac Philippo Te-
trarchū paruit: at sub Cajo Herodis ex Aristobulo nepotem Agrippam
Regem accepit, qui Herode Antipa Lugdunum relegato, Galilæa aliisq;
Tetrarchiis auctus regnum Herodis in lacinias divisum ex aſſe primus
possedit, additâ quoq; Samariâ: atq; hoc in tribunali Cæsareæ divinitus
racto, & post 7. annos sublatu Judæa contributa est Syriae, cui addita
sceptrum quod fractum videri poterat, in ipsos Romanos majori vi an-
te funus instans exseruit, Costum Gallum Syria Legatum Anno Neron.
12. Christi 65. mens. Novembr. internecione deleto exercitu, in fugam
egit & variâ fortunâ, nec sine legionum grandi multaq; ruinâ pro suo
Schevet vendicando ultimò, sub Duce etiam JOSEPHO, bella ges-
sit, fueruntq; sicut in jam morituro: ita in sceptro Judaico jam
planè interituro plurimi victoriæ & fortunæ lusus, usq; dum capto JO-
SEPHO, subactâ Galilæâ ac Judæa, caput gentis Hierosolyma anno
Christi LXX. Aug. die 5. & Sept. 1. Vespasianus expugnavit Templum.
succen-

uit, omnemq; Jurisdictionem, Sceptrum & Mēboek auferendō,
eip Judæorum finem imposuit cum jam ante 69 annos SCHIL OH
venisset, & ante 36. pro salute generis humani passus & mortuus esset: sed
& post resurrectionem ad dextram Patris gloriōse ascendisset. Ex hāc histo-
ricā Διδοχῆ apparent IIX. cardines & insignes politiæ Judaicæ paro-
xystmi. Apostasia X. tribuum. 2. deportatio Babylonica. 3. Status post Ba-
bylonicus ante Hasmonæos. 4. Successio Hasmonæorum. 5. Prima Judæo-
rum per arma Magni Pompeij subiectio. 6. Herodii alienigena successio.
7. Mors Agrippæ Regum ultimi qua contigit Anno Christi 45. & status excus-
si Romanorum iugi turbulentus & bellicus p. 20. annos. 8. יְהוָה יַעֲשֵׂה l. πανολεθρία gentiū & urbis per Tit. Vespas. Quaritur jam, ubi
scepterum à Jacobo prædictum recesserit. A Baronio ponitur character.
VI. Herodis: cessavit, inquit, penitus sceptrum Iuda, quando Herodes Idumæus
gensilium homo, postea proselytus Judæorum regnum capeſſivit neq; re-
gnum modō: verū eriam sacerdotium ex familiâ Hasmonæorum ad Ana-
netum ignobilem Judæum à Babylone accersitum, fuit translatum. At quic-
quid sit de sacerdotio, non facimus cum Baronio, quod i. supponit in Va-
ticinio Jacobæ primariò prædici non interruptam Regum l. persona-
rum ex tribu Judæa successionem, atq; inde 2. à mutatione Personæ Domi-
nantis concludit ad totalem recessionem sceptri: adeoq; 3. inter Sche-
ber ablatum & Schileb natum ponit 34. annorum intervallum. Sanè
nec Imperantium extranea successio, nec regni alicuius sub potentiore
maximè Monarchie subiectio, & superior jurisdic̄tio, statim sceptrum
evertit, & regni formam titulumq; tollit: nec quod ad ruinam inclinat,
epidemiis morbis cladibusq; ægrum, aliq. vix corpus Reip. repræsentat,
propterea regnum & Scheber esse statim desinunt: testis est omnium regno-
rum quæ orbis habuit & habet universitas. Fuerit ergo Herodes Idumæus
Jos. l. 14. c. 2. quanqnam id neget apud Eusebium, Africanus
l. 1. hist. c. 7. quem tamen fuisse natum esse ex parentibus legem-
plexū, ipsumq; probebitum aliquando externā specie religiosissimum.
constat, non unum Herodem Jacobi prophetia respexit, non propter
unum Regem Idumæum genere, statim tota Resp. Judæorum eversa fuit.
Quin, si suppositum Baronianum sibi constaret, nec in hāc ultimā Dyna-
stiâ Regni IUD A planè excluderetur tribus illa. Mariamne sanè conjux
Herodii & Regina, Hircani Assamonæi Pontificis neptis erat: Agrippa
Aristobuli Filius, Mariamnis nepos, Hircani Assamonæi pronepos erat,

& ita hic respectus ad tribum Iuda per genus Hasmonaeorum da-
rat, uti in superioribus Hasmonaeis, ex quorum stirpe materna Re-
adusq; Vespasianum Imperatorem perseraverunt: sub quo afflum-
tories & labefactatum recessit à tribu Iuda sceptrum, desitq; pla-
nè Resp. Judæorum conf. Dan. 9. v. ult. Prolixius forsitan in illustri-
um rerum scrutinio sum præfatus: fidentem me fecit illustrissima tua,
Serenissime Princeps, humanitas non ingratum hunc qualem cunq;
tibi fore discursum. Contraho jam yela, & ad Serenissimæ T.
Celsitud. portum prospicio. Septimus jam est annus, quando
Chaggæum Prophetam post Babyloniorum primum tam argumen-
torum pondere & ordinatione illustrem, quam numero verborum
brevem in hac Academia publicè prælegi, ubi in accuratori scrutinio
Argumentum de Gloriâ templi secundi accurate ex scaturiginibus Israe-
li tractatum irrefutabile robur habere deprehendi, quod proinde unâ
cum aliis fundamentis fidei paulo post in pleno tractatu Rabbinis Ju-
dæorum opposito, cui titulum feci חפראת המשיח אגדת רבנייתא
Dialecto Rabbinicâ unâ cum Elencho illorum quæ obijcere ha-
cetenus potuerunt ēi ex וְיַרְמִיּוֹן: & Disputatione geminâ in hâc Uni-
versitate publicè exposui, succinctè tamen, ita ut prolixè tractabilia,
paucis paginis studiosè incloserim. Hoc prælectionum in CHAG-
GÆ UM ante septennium, compendium, atq; adeò succinctum: sed
perfectum, eundemq; & Logicè pariter ac Grammaticè Analyticum;
& contra Rabbinos, maximè Don Itzchak Abetbilem Elenchiticum.
Commentarium, non ex paginarum numero: sed illustri æstimandum
argumento unâ cum discursu Academico de Judæorum sceptro Sere-
nissimæ V. celsit.. humilimè inscribo. Convenit argumentum Chag-
gæi præsenti & tempori & Principum statui idq; tûm Theorice, dum
Principes præsenti animo (פָּנָן) securos præsentia Domini Exercitum
cum Verbo & Spiritu S. vult ædificare domum Domini: tûm practicè, dum
in sublimi Principum Theatro proponit Serahabelem inclutum, &
omnibus Principibus Imitabilem Principem. Annon autem & tem-
pori? Schema illorum temporum tale erat: Judæis pacem & libertatem
Cyrus dederat. Samaria, & ipsa Persia malè persuasa tenerat pacem
& perfectam politiæ redinstaurationem, turbabat: ipsa Judæa sterili-
tate, publicâ annonæ caritate, multiplicijs clade affecta laborabat: con-
feratur

Chaggæus noster c. 1. & 2. & Esra c. 4. atque ita bellum qui-
cunebat, nondum tam en pax (plenaria, abruptis oneribus) ade-
vit. An simile quid Sereniss. Vestrae Celsit. experiatur provincia tam
nescio: quam in nostra provinciam Meckelb. & hanc ipsam civitatem &
Academiam omnia illa convenire scio. Quæ autem publici mali causa?
id aperit hæc Prophetia gemino versu: Percusi vos, ait DEUS & omnia
opera manuum vestiarum uredine segetum, & solerum, & grandis; &
tam en vos non ad me (respxistis & serio conversi esin) item: ego super
hanc terram proclamo Chorb. l. desolationem ait DEUS: propter quid?
quia domus mea est charebs. desolata: at ex quo serio conversi domum Do-
mini adificabitis, ex eo die vobis benedicam vid. c. 1. v. 10. II c. 2. 17. 19.
Utinam huc oculos hoc tempore intenderent Germani Serubabelos &
fundi calamitatem agnoscerent, Te equidem Serenissime Princeps, Se-
rubabelem Cimbricum merito jure appello: qui illa genuina Serub-
belis laude, Principes orthodoxos, inter quos facile primus es. in simulationem,
& nos in admirationem Sereniss. sanctissimæq; tuæ circa Eco-
clesiarum & excellentium totoq; orbe celeberrimarum tuarum Provin-
ciarum regimen providentie, convertis, sed & post Serenissimum nostrum

ADOLPHUM FRIDERICUM, & Celsissimum Dueum GUSTAVUM ADOL- PHUM,

Patronos nostros & Cancellarium hujus Universi-
tatis magnificissimum, certum Studiosorum humerum propriâ tibi mu-
nificentia alendo, & præclarorum Juvenum examen in pulcherrimum
hujus Academia spectaculum & futurum tuarum provinciarum fir-
mamentum emittingendo, id facis, quod nemo tui ordinis, de quibus
tuis Cimbris, quos in Mose & Propheti toties Respondentes, nec sine
applausu Auditotij, Praeses habui, Juvenes Doctissimos, ingenio ma-
gnos, & nunc suis quoq; dignitatibus & gradibus clarissimos, cum
in studiis meæ professioni & gradu congruis bene mereri nullo meo
commodo: sed Ecclesiarum tuarum bono intenderim, & etiam num
studeam, vel hoc nomine fidentius hunc meum CHAGGÆUM tibi,
Serenissime Princeps, inscribo, unâ cum appendice de Iudæorum sce-
ptrō. Age, include Princeps, illa armata pietatis in adiunctâ domo
Domini majestate exsurge, & post Ecclesiastas tuas, quibus Reverendum
& tam Theologicâ ac Philosophicâ eruditione celeberrimum, quam
meritis

meritis excellentissimum D.N. REINBOTHIUM spec.
supremum præfecisti, porro serenissimo vultu nostras Musas &
~~autogedächtnis~~ respice. Sic porro & apud nos florebit SERENISSI-
MI FRIDERICI CIMBRICI memoria, & vetustissimæ domus
majestas stabit infracta. Vale, Princeps Serenissime, & in gloriosâ tuâ
sobole æternisq; incomparabilium virtutum tuarum recordationibus
vive ad lente revolubilem Platonis annum, nec nisi sero, nepo-
tibusq; noto die tuo redonare celo, Scrib. Rostoch. in Coll. med. Lun.
XVI. Cal. Januarij, quas Serenissimæ V. Cels. & Provinciæ, totiq; Ger-
maniae fortunatissimas affulgere & blandos soles cum prolixâ annorum
successione Sereniss. Vestræ Domui, & nostris quoq; artibus reddere
precor, Anno 1650. Jubilæo & per Germaniam Irenico.

Sereniss. Vestræ Celsie.

subjectissimus seruum

A. Varenius, D.

CHAG-

CHAGGÆI PROPHETÆ

nova Translatio

CAP. I.

1. Anno secundo Darij Regis illius, in illo ipso mense sexto, in die primo mensis illius, factum est verbum Domini per manum Chaggæi Prophetæ illius ad Srubabel, filium Schaltiel Principem J H U D A H, & ad Jhosua, filium Ihozadak Sacerdotem illum summum, in hunc modum:

2. Sic dixit Dominus Exercituum, in hunc, *inquam*, modum: Populus hic universus dicit: non dum advenisse tempus: tempus, *inquam*, domus DOMINI ut ædificetur.

3. Igitur fuit verbum DOMINI per manum Chaggæi Prophetæ in hunc modum:

4. An tempus vobis, ô vos: ad habitandum in domibus vestris magnifice tabulatis: cum hæc, hæc, *inquam* ipsa domus sit desolata?

5. Et nunc, sic dicit DOMINUS exercituum: animadverte ad vias vestras.

6. Seminatis multum, sed reducendoparum: jugiter editis: non tamen saturamini: bibitis, nec tamen ut possitis Inebriari: vestimini; nec tamen in calorem id est illi, & certa mercede locans se, colligit sui ipsius mercedem in crumenam perforatam.

C

7. Sic

7. Sic dixit DOMINUS exercituum: animad-
vertite ad vias vestras.

8. Ascendite in montem illum; ut adducatis
ligna, & ædificate domum illam & beneplaci-
tum habebo & gloriosus ero in illâ, dixit D O-
MINUS.

9. Respicitis ad multum & ecce adest parum:
& ut adducitis hoc in domû: tamē sufflatione di-
spingo illud: unde illud? dicit DOMINUS Exer-
cituum: propter domum meam quod hæc ipsa
(relinquatur) desolata: vos autem ita festine-
tis, unusquisq; ad domum suam,

10. Propterea super vos: super vos , *inquam*,
clausum est cœlum, ut non det rorem , & terra
ipsa cohibet proventum suum,

11. Et proclamo siccitatem vastantem super
hanc ipsam terram, & super montes illos, & su-
per frumentum , mustum & oleum, & super id
quod producir terra illa, & super homines, & su-
per jumenta, & super omne opus manuum.

12. Tunc obediuit Srubabel, filius Schaltiel,
& Jhosua filius Ihozadak summus ille sacerdos
& omne residuum populi illius voci Domini
DEI sui: idq; propter verba Chaggai Prophetæ
illius quibus miserat illum DOMINUS DEUS
corum;

eorum: & timuit totus ille populus à facie D O M I N I.

13. Dixit igitur Chaggai Legatus D O M I N I , in legatione D O M I N I , populo illi, in hunc modum: E G O S U M V O B I S C U M : dicit D O M I N U S .

14. Excitavit ergo D O M I N U S Spiritum Sru-babel, filij Schaltiel Principis Jhuda & Spiritum Jhosua filij Jhozadak, summi sacerdotis, & Spiritum omnium residuorum populi illius: & venientes fecerunt opus in domo D O M I N I exercituum, Dei sui.

15. (idq;) die 24. mensis illius, in illo ipso mense sexto, in anno secundo Darij Regis illius.

C A P . II .

1. In (mense) illo septimo, die mensis illius factum est verbum D O M I N I per manum Chaggai Prophetæ illius, in hunc modum:

2. Age dico ad Srübabel, filium Schaltiel principem Jhuda, & ad Jhosua filium Ihozadak summum sacerdotem, & ad residuum populi illius in hunc modum.

3. Quis inter vos est residuus, qui viderit hanc ipsam domum in gloriâ suâ primâ? & qua-

Iem vos nunc aspicitis illam? annon planè ut nihilum est in oculis vestris?

4. Veruntamen, macte animo, Srubabel,
dicit DOMINUS: macte animo Jhosua, fili Iho-
zadak, summe sacerdos: macte, omnis popu-
lus terræ illius, & perficite (opus domus DO-
MINI) nam EGO sum VOBISCU M, dicir DO-
MINUS exercitum.

5. Cum VERBO illo, quo pepigi vobis-
cum in egredi vos ex Ægypto: & SPIRITU meo
præsente in medio vestrum: NON TIMETE.

6. Nam sic dicit DOMINUS exercitum:
Adhuc unum (temporis) exiguum est: quando
EGO, potentè comoturus sum cœlum & ter-
ram illam, & mare & aridum illud,

7. Quin etiam commovebo omnes illas
gentes, & desiderium omnium illarum gentium
& ipsæ gentes venient: & impletur sū hanc ipsam
domum gloriâ, dicit DOMINUS exercitum.

8. Mihi est argentum: & mihi est aurum: di-
cit DOMINUS exercitum.

9. Major erit Gloria, domus hujus, hujus
ipsius, inquam posterioris domus, quam prioris il-
lius, dicit DOMINUS exercitum & in hoc
loco dabo pacem, dicit DOMINUS exerci-
tu m:

10. Die

10. Die 24. noni illius *mensis*, anno secundo
Darij factum est verbum DOMINI per manum
Chaggæi in hunc modum:

11. Sic dicit DOMINUS Exercituum: Age
posce sacerdotes responsum legale in hunc
casum:

12. Ecce portet aliquis carnem sanctam in
extremitate vestis suæ & illâ extremitate suâ at-
tingat panem vel pulmentum vel vitum, vel ole-
um, aut alium aliquem cibum, (profanum) an ex-
inde *hic cibus* sanctus erit? & responderunt Sa-
cerdotes & dixerunt: N O N.

13. Et dixit Chaggai: Si pollutū ex animâ con-
trestataverit omnia illa (*panem &c.*) an polluentur?
& respondentes sacerdotes illi dixerunt: pollu-
entur.

14. Respondens igitur Chaggai dixit: sic hic
ipse est populus & sic hæc ipsa gens est coram fa-
cie meâ dicit DOMINUS, & sic omne opus ma-
nuum illorum, & quicquid adducunt illuc *ad of-*
ferendum, pollutum est illud.

15. Et nunc agite animadvertisse, ab hoc ipso
die & supra, abinde antequam lapis ad lapidem
positus est in domo DOMINI.

16. Ante fieri illa, venit quis ad acervum 20.
modiorum, & adfuit *mensura* 10. *modiorum*: veni-

ens ad lacum torcularis ad exhauriendum 50.
amphoras torcularis: & fuit non nisi 20.

17. Percussi vos i. e. omne opus manuum ve-
strarum, uredine illâ segetum, & rubigine illâ ole-
rum, & grandine illâ: nec tamen vos ad me conver-
si estis dicit DOMINUS.

18. Agite animadvertisse ab hoc ipso die &
supra, à die 24. mensis hujus noni: jam inde à die
illo quo fundatum est templum DOMINI anim-
advertisse.

19. An adhuc *superest* semen in granario? quin
ne vitis quidem, & ficus & malus punica, & olea
haec tenus *fructum*: at ab hoc ipso die BE-
NEDICAM.

20. Et factum est verbum DOMINI alterâ vi-
ce ad Chaggai, die 24. mensis illius noni in hunc
modum:

21. Dicito ad Stribabel Principem Iudeah
hoc modo: Ego potentè commovebo cœlum
& terram.

22. Et funditus evertam thronum regnum:
& exscindam robur regnum gentium illarum:
funditus etiam evertam currus militares & in-
fessores eorum, ut ruant equi, & qui vehuntur il-
lis, alter in gladium alterius.

23. Illo

23. Illo ipso tempore dicit Dominus exer-
cituum accipiam te , Stribabel, filium Schaltiel
servum meum, dicit DOMINUS, & ponam te
sicut sigillum illud : quia te specialiter
elegi: dicit D O M I N U S
exercituum,



Geschenk von

Herrn Dr. phil. Gottlieb Schmitz
Geboren am 25. Februar 1751
in Lübeck gestorben am 25. Februar
1821 in Rostock
Von seiner Tochter
Julia Schmitz geborene Döhlus





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn772392498/phys_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772392498/phys_0027)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn772392498/phys_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772392498/phys_0028)



23. Illo ipso tempore
cituum accipiam te , Sruba
servum meum , dicit DOMI
sicut sigillum illud : qui
elegi ; dicit D O
exercitu



the scale towards document

Page Reference numbers on UTT
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 032